

**D. DIONYSII  
CARTHUSIANI IN EVAN**

*gelium Ioannis enarratio præclara admo-  
dum, ex altera eaq̃ diligentissima ad ar-  
chetypum recognitione, repurgatis mendis  
quibus scatebat pluribus, quàm diligen-  
tissimè excusa, cui index cõtentorum præ-  
fertur.*



**PARISIIS,**

**Apud Audoënum Paruum, via Iacobæa,  
sub insigni Floris Lilij.**



Christus cur reliquit Iudæ-  
am. 63.a  
Christus non erat sub lege.  
64.c  
Christus quomodo de cruce  
à nobis deponendus. 258.e  
Cibus multiplex in scriptu-  
ris 69.a  
Claritatem ab homine quò  
Christus non quærit 88.f  
Contemplatiui ubi residēt.  
168.c  
Creatura rationalis siue irra-  
tionalis consideratur du-  
pliciter. 257.c

D

Dedicatio templi Hierusalē  
triplex 158.f  
Demonū mira potestas. ib. d  
Deum nemo vidit vnquam,  
quomodo 22.f  
Deus mouet vnūquēq; secū-  
dum propriā naturā. 102.b  
Deus cur dicitur specialiter  
deus alicui 264.b  
Deus aliquid dicitur multi-  
pliciter 162.c  
Deus quomodo dicatur fa-  
ctus 157.c  
Diabolus homicida dicatur  
ab initio quomodo 158.a  
Diabolus introire hominē  
quomodo dicatur 199.f  
Dilectionis rationes multæ.  
79.c  
Dilectio dei & proximi in-  
separabiles sunt 201.f  
Dilectio dei, qua à deo præ-  
uēti sumus, est causa omnis  
boni in nobis 157.d

Dilectio trinitatis ad nos æ-  
terna est 211.d  
Diligere proximum quomo-  
do nouum dicitur manda-  
tum 201.e  
Dissensio doctorum de Ma-  
ria Magdalena est resoluta  
164.b  
Diuersi diuersimode Chri-  
stum secuti sunt 90.f  
Diuersa iustorum genera.  
56.e  
Doceri quomodo conuenit  
Christo 130.b  
Doctrinam Christi non esse  
suam, quomodo intelligen-  
tur 113.f  
Duo pisces quid signāt. 95.c  
Duo mira in miraculis Chri-  
sti sunt pensanda 162.f  
Duo documēta in cœna præ-  
cipua dedit Christus suis  
198.c  
Duplex electio 220.e

E

Ebionis atque Cherinthi er-  
ror 3.e  
Effectus sacramenti Euchari-  
stie 106.d  
Eiectio vendentium & emē-  
tium de templo 42.d  
Emanatio ad intra & ad ex-  
tra 4.c  
Eucharistie sacramento tria  
insunt 104.a  
Eucharistie sacramētum ad  
quid institutum 107.e  
Esurire, sitire, æstuarè, & fa-  
tigari, quomodo dicitur  
Christus 63.c

*e lectio  
220*



# D. Dionysii Carthusia<sup>A</sup>

## ANI IN EVANGELIUM

*Secundum Iohannem Enarratio.*

### PROOEMIUM.



**H**oc sicut aquæ ductus exiit à paradiso, & fluvius meus propinquavit ad mare: quoniam doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus. Increata atque fontana sapientia dei, unigenitus filius patris æterni, dominus noster Iesus Christus, ex quo humanam naturam supernaturaliter induit, supposita literque assumpsit, homines mirabiliter sublimavit, atque ineffabiliter deificavit supernaturalibus donis ac gratiis, humanæ fragilitatis conditionem prorsus transcendentibus, suos adimplendo electos. Inter quos gloriosi apostoli sortiuntur primatum, quoniam primitias spiritus receperunt. Hos tanta virtute, potestate & gratia decoravit deus sublimis & benedictus, ut sanctitate, sapientia atque miraculis, uniuersos præcedere comprobentur, ipsis quippe etiam ordo rerum, naturalisque cursus mundi, & lex nature create, inenarrabiliter extiterunt subiecti, in tantum ut ea que magni ac ingeniosi philosophi estimabant, nec diuina virtute neque angelica potestate fieri posse, ipsi vberissime agnoscantur fecisse, mortuos suscitando, cæcos & claudos à natiuitate repente curando, dæmonibus imperando, venena sine læsione bibendo, in igne nullum supplicium sustinendo, arcana cordium, futura quoque pure contingentia, certitudinaliter cognoscendo, beatorum angelorum frequentes apparitiones, alloquutiones, & administrationes habendo, imò ad libitum obtinendo. Denique, cum vsque ad Christi passionem, rudes & formidolosi extiterint, subito omni scientia scripturarum, omni facultate linguarum, itemque insuperabili animi forti-

*Eccle. 24*

*B*

*Rom. 8*

*C*  
*Ista intelligenda sunt in communi, quia apostoli non preserturunt virgini gloriosa, nec Iohanni Baptiste.*  
*Acto. 3. 9<sup>a</sup>*  
*14. 20.*

# INDEX EVANGELIO-

rum quæ in templis, dominicis, & alijs  
festis diebus leguntur, iuxta ritum Ec-  
clesiæ Parisiësis & Romanæ. In quo ani-  
maduerte signatum Evangelij princi-  
pium tantum: & subinde quod finem  
eius consequitur. Præterea R litera (quæ  
usum Romanum signat) Euāgelio præ-  
positam esse, quando non conveniunt.

## Aduentus.

### *Dominica prima.*

Et cum appropinquasset. Et cum intrasset. Matth. 21. fo-  
lio. 173. b

### *Dominica secunda.*

Et erunt signa in sole. Attendite autem. Lucæ. 21. folio  
349. d

R. Ioannes autem cum audisset. Matth. 11. folio. 100. e

### *Dominica tertia.*

Ioannes autē cū audisset. Amē dico vobis. Mat. 11. f. 100. e

R. Et hoc est testimonium. Iudæi. Ioan. 1. fo. 21. a

### *Feria quarta quatuor temporum.*

In mense autem sexto. Exurgens autem. Lucæ. 1. fo. 17. e

### *Feria sexta.*

Exurgens autem Maria. Quia respexit humilitatem. Lu-  
cæ. 1. folio. 27. f

### *Sabbato.*

Anno decimo quinto. Dicebat ergo ad turbas. Luc. 3. f. 61. f

### *Dominica quarta.*

Et hoc est testimonium. Altera die &c. Ioan. 1. fo. 24. e

R. Anno quintodecimo. Lucæ. 3. fo. 61. f



INDEX  
DE ORIGINE CARTHU-  
siana religionis, Henrici Glareani Hel-  
uetij, poetæ laureati, centimetrum.

Quæ Carthusiacæ sit religionis origo,  
Qua fluat historia, Calliopea refer.  
Parrhisij, rapidas ubi spumifer aggerit undas  
Sequana, & occiduas vellet adisse domos,  
Atque ubi culta vires doctorum turba sophorum,  
Turba salutifero non male grata deo:  
Quidam erat insignis, doctrina visus honesta,  
Quem coluit populus, quem coluere senes.  
Huic mors extremam postquam spirauerat auram,  
Non pompam inuidit funereasque faces.  
Hic aderant magnique viri, doctique magistri,  
Præclari iuvenes, decrepiti que senes.  
Mos etenim est, functum vita deferre sepulchro,  
Qui fuit illius gymnasiarcha scholæ.  
Ecce sed erectus, feretro proclamat ab alto:  
Iudicio iusto sum reus ipse Dei.  
Obstupere omnes, nec enim leue pondus habebant  
Verba resurgentis terribilisque viri.  
Quid facerent? quis enim quæ sint arcana tonantis  
Iudicia, explanet? quis penetrare queat?  
Non sepelire placet, donec lux altera cælum  
Pulset, uti videant quid ferat hora sequens.  
Vix sol prodierat, quando replet omnia vulgus,  
Irruerant proceres, turbaque tota simul.  
Dum rursus famuli mœstum mouere cadauer,  
Dum stupet attonito gens male lecta foro,  
Ecce iterum claro tales dat pectore voces:  
Iustitia & iusto iudice victus ego.  
Rursus in auditus gelidos tremor occupat artus,  
Contremuere omnes, omnia terror habet.  
Expectare placet quid fors feret vltima monstri,  
Quippe tonant dubio verba priora sono.  
Tertia lux aderat, iam tota cursat in vrbe  
Fama mali, & miro murmure tecta subit.